GA ROERMOND 1902

Dux Burgundiæ 1456

Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Limburgi, Comes Flandriæ, Artesij, Burgundiæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci etc.

Nostris dilectis consulibus, Senatui Civitatum Neomagi, Ruræmundæ, Zutphaniæ atque Arnhemi. Amici dilecti. Cum intelligamus affinem nostrum Ducem Gelriæ in ea sitati ingenij atque regiminis esse, adeo ut maximam redituum ac teloniorum ditionum suarum partem ~~diu~~ vendiderit, oppignoraverit, aut ditione abalienaverit, et quos etiamnum retineat, indies oppignoret, venundet, alienet ~~aut~~ ac disperdat: et arces insuper Ducatus ac Comitatus sui collabi nec eas, prout opertet, repara-

© GA Roermond - OSA - 1902
http://resources.huygens.knaw.nl/statenstedengelderland/document_detail/816

GA ROERMOND 1902

sinat, unde perfacile neptis nostra dilecta, Gelriæ ducissa, ut et cognatus noster perdilectus filius eius Adolphus Gelrius eiusmodi moribus ac rerum gubernatione pessum eant, quod esset oppido peregre nobis, nec ullo pacto permissuri sumus, modo nostrarum prævenire sit virium. Vos idcirco serio rogatos volumus, eorum singulorum rationem habere, idque in commodum quam potest maximum dilecta nostra neptis iam dicta, Gelriæ Ducissa, ut et cognati nostri charissimi Adolphi Domini ac Ducis vestri futuri, si eum Deus sospitare dignetur. Spondemusque operam consiliumque nostrum haud defuturum vobis ubicunque dabitur.

GA ROERMOND 1902

Vestrum super his rescriptum lit=
terasque vicissim exspectamus etc.
Bruxellis die 25 Martij Anno 1456.